

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

137. Spiritus Mercurii universale sulphure Solis, Martis & Antimonii acuatus
Basilii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

admodum ab initio erant ex uno stemmate, serua bene ut nihil evaporet.

Aliquando præter sulphur Martis etiam addidit sulphur Antimonii. Ita

137. Spiritus Mercurii universalis
sulphuribus Solis, Martis, & An-
timonii acuatus Basilii,

Libro Partic. in Particul. Antimonii.

R. Sulphuris Antimonii partes duas, sulphuris Solis partem unam. Misce. R. Sulphuris Martis partes tres, spiritus Mercurii partes sex, digerantur bene lutata ut sulphur Martis dissolvatur totaliter; tum injice quartam partem de sulphure Antimonii & Solis, luta iterum & digere usque dum fuerint omnia dissoluta, tum alteram quartam partem Antimonii & Solis adde, reiterando opus ut antea donec omnia optimè sint commixta, & materia reddita instar olei crassioris rubicundi, destilla totum per alembicum.

Aliquando fermentavit hunc spiritum per modum inusitatum, videlicet absque omni sulphure metalli perfecti, sed meris imperfectis tantum. Ita

138. Spiritus Mercurii universalis
sulphure Martis, Jovis, & Sa-
turni acuatus Basilii,

Libro Partic. in Partic. Mercurii vivi.

R. Animæ Martis uncias duas, animæ Saturni unciam unam, animæ Jovis unciam unam, dissolve in spiritus Mercurii unciis sex, bene dissoluta destilla per Alembicum absque omni residentia in aquam auream transparenti dissolutioni auri similem. *Quantum*